ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: PS. BONAVENTURA. HENRICUS SUSO. NICOLAUS DE LAAK. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS. BERTRANDUS DE TURRE. IOHANNES DE RUPELLA

14. Jh. Seite 189r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36895
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Incipit liber de diffinitionibus anime et virtutibus. Rubrice prime partis.
De diffinitione anime et eius expositione secundum damascenum iohannem. i.
De distinctione et sufficientia xi. diffinitionum anime. ii
De expositione secunde diffinitionis anime. iii
De expositione tertie diffinitionis anime. iv
De expositione quarte diffinitionis anime. Quintum
De expositione quinte diffinitionis anime. Sextum.
De expositione sexte diffinitionis anime. Septimum
De expositione septime diffinitionis anime. viii
De expositione octaue diffinitionis anime. ix
De expositione none diffinitionis anime. x.
De expositione decime diffinitionis anime. Incipit tractatus de diuisione multiplici potentiarum anime. secundum philophos. secundum medicos. secundum iohem damascenum et secundum augustinum. De diffinitione anime secundum iohem damascenum et expositione eiusdem. Capitulum primum.

IOVG.

Dicit iohannes damascenus magnus theologus medicus et phylosophus. Anima est substantia uiuens. simplex et incorporea. corporalibus oculis. secundum propriam naturam inuisibilis. rationalis et intellectualis. infigurabilis. organico utens corpore. et huic uite. et augmentacionis. et sensus et generationis tributiua. non aliud habens extra se ipsum intellectum. sed et partem sui ipsius purissimam. sicut enim oculus in corpore. ita in anima intellectus est. arbitrio libera est. uoluta tam